



Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. VI. An asyli causa ingredi clausuram liceat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

144

quam diuitie multe; posset ad conservandam famam nominationi assentiri: quod infra famæ iacturam sit. crudelis esse dicitur, qui famam negligit. & cum ex supra citatis authoribus patet, etiam sententiam illorum, qui aiunt corruptam occulte iure non prohiberi Abbatissam fieri, etiam esse probabilem; poterit sic electa eam amicti. argumento eorum qua citat Diana de Opinione probabili.

RESPON SVM V.

*Ex clausura an Abbatissa
extrahbi possit, ex causa
inobedientia, & in-
corribilitatis?*

1. An ex con-
stitutio-
nali Mechliniensis 1608. tit. 24.
admissum? c. 3. clausuram monialium per

Pius V. cuius constitutio seruari iussa est in Concilio provinciali Mechliniensis 1608. tit. 24. c. 3. clausuram monialium per egressum vel ingressum infringit vetat, nisi ex iustis arbitrio Ordinarij causis quoad ingressum: quoad verò egressum monialium, adeoque extractionem; ex causis non arbitrio Ordinarij permisit, sed tribus dumtaxat in Piana expressis: alijs exclusis. admittunt tamen aliqui, ut causa correctionis, quæ obtineri non in loco, sed alibi spectatur, transferri possint moniales. vide citatos à Tamburino de iur. Abbatiss. d. 21. q. 3. quasi commune bonum monasterij præualens priuato id mereatur. & ob crimen simoniaci recipiens, & recepta iubetur de suo monasterio expelli. c. quoniam. X. de simon. quem textum Bonacina negat renocatum. tamen S. Cong. censuit, monialium nullam sibi subiectarum ex uno monasterio ad aliud transmittere posse locorum Ordinarios, vel superiores regulares, etiam ex causa seditionis, vel incorrigibilitatis, aut criminis perpetrati. Tamburin. ibidem. sed & formant quæ-

2. Non vri-
que ex sen-
tentia In-
terp. In-
terp. Concl.

ctionem in monialibus corrigendis, non in Abbatissis. in his enim secundum fit inquisitio, aliud capones abdecernunt. in c. olim. 26. X. de accusat. prouiso, inquit, ut negotio ipso pendente monachus abbatii obediat, & intendat. quod idem in Episcopis statutum est. in c. nonne. 8. q. 4. sed neque color querendus est incorrigibilitatis. ad hanc non tantum exigitur aliqua ex ijs causis, que à scribentibus solent; sed S. Congregatio decrevit, ne incorrigibilis moniales censeantur, nisi quæ amatae fuerint carcere in pane & aqua emendari non potuerint. aliaque requiri antequam ejici aut transferri possint. iterum declarat incorrigibilis moniales ejici non posse Sede Apostolica, inconsultâ. Tamburin. ibid. q. 4. vbi & ex Sanchez nullam praxim esse contrariam ait. quod & congruit rationi c. fin. X. de regul. & c. periculo. de stat. monach. in 6. sed neque color ille probari potest quod extra clausuram qui ponitur, ut veniat visitatum novum opus. Tamburin. qui dicit communem. de iure abbatis. 19. q. 4. §. 14.

RESPON SVM VI.

*An asyli causa ingredi clau-
suram licet?*

QVæ situs ad carcerem iam decretum satellitibus infrequentibus, & septa obdidentibus, intra illa fugit M.: praesentemque hunc metum, cadentem in virum constantem. l. meum autem D. quod metu, iure profugum hunc excusare censet Sanches. in dect. l. 6. cap. 16. n. 59. Tamburin. de iur. abbatiss. d. 22. q. 3. §. 6. coquæ & latibrae pertinent, quamvis aliquot dierum, si durat metus; neque est egressus liber. Neque ab asyllo excludit, quod sibi ipsi cauammetus intulisse delinquendo dicatur, coquæ

^{2.} Neque
præmia cul.
pa eo iure
privata.

^{3.} Nec mo-
niales ad-
mitentes
sunt ex
communi-
cata.

eoque non excusandus: ex l. simu-
lier. 21. D. quod metus, quia ab asy-
lo iure hæc causa non excludit. vt
patet in reis grauissimorum cri-
minum, non exceptorum per con-
stitutionem Greg. XIV. super im-
munitate ecclesiarum latam. ius asyli
est, tam ut profugere eò liceat,
etiam ex literis sacris; quam ne
confuga extrahatur. *wide Conar. var.*
t. 2. c. 20. sed neque moniales ad-
mittentes, quamvis immeritatem
incurrunt excommunicationem.
cum ius illam eis non infligat.
Sanches in decal. lib. 6. c. 16. n. 18.
Bonacina de clausura. q. 4. p. 6. prop.
2. n. 23. sed poenam Iudicis arbitrio
permittat.

RESPONSVM VII.

Licentiam ingrediendi mo-
nasterium monialium
quis dare posuit?

^{1.} Episcopus
& Superior
regularium.
sed qualis?

Dare, inquit Conc. Trid. de regal. s. 25. c. 5. tantum Episcopus, vel superior licentiam debet, in casibus necessariis, neque alius vel modo possit: etiam vigore cuiuscumque facultatis, vel indulti. Superior in exemptis regularibus quasi Episcopalem jurisdictionem habens à multis intelligitur: ne abbatisse, quamvis superior sit, c. dicit. X. de excess. prælat. prudentiae muliebri id commissum censeatur. Zuar. t. 4. de relig. l. 1. c. 10. n. 14. Azor. t. 1. l. 13. c. 8. q. 7. Rodrig. q. regul. t. 1. q. 46. art. 2. Sanches in decal. t. 1. l. 6. c. 16. n. 21. 22. Tamburin. de iur. Abbatiss. d. 23. q. 3. alij eum omnem intelligent, cuius sit clausuram imponere. Tamburin. de iur. Abbatiss. d. 23. q. 3. & citati à Barbo. in Collect. DD. ad c. 5. s. 25. de regul. Conc. Trid. n. 68. quibus fauet c. periculoso de stat. regul. in 6. vbi quo-
niam in materia curandę clausuræ Episcopis opponit Abbates, & alios tam exemptos, quam non

exemptos prælatos: quod non cor-
rigit Trid. de reg. c. 5. sed Episcopo
æquiparat Superiorum; alium ex-
cludit, indultis forrè nixum. at
monasterium de quo agimus, præ-
ter excepta, exemptum est: & hæc
ingressus permittendi licentia in
bullis exemptionis non est excep-
ta. <sup>An hic
Confessor
generalis?</sup> imò Conc. Trid. s. 25. de regul.

c. 9. vult exemptas à regularibus regi solitas, sub eorum cura relin-
qui. igitur spectat ad regularē
superiorē licentiæ concessio-
nem multi negant in exemptis, qui
regularē superiores habent, Episcopis
villam esse potestatem quo-
ad clausuram. Tamburin. de iur. ab-
batiss. d. 24. q. 9. n. 5. quos iuuat d.
5. & quoniam. et si & d. c. 5. con-
tra facit, in verbis in monasterijs se-
bi subiectis ordinariā, in alijs &c. si
ergo hic confessio generalis est
prælatus, & superior, iuxta declara-
tionem Martini V. vt ex Regula
cap. 14. ipse alios confessarios or-
dinat; aliaque iuxta constitutio-
nes spiritualis prælaturæ negotia
disponit, si referendus utique non
videatur absolutè inter superiores
authoritatem quasi Episcopalem
habentes; faltem clausuræ cura
in primis ad eum pertinet. vt ge-
neratim in spiritualibus caput est,
& regimen ei competit, ex regula
& fundatione huius monasterij.
adoquæ ad eum facultas ea spe-
ctat. quemadmodum & tradunt
citati à Barbo. ibid. n. 71. si prælato
particulari authoritate apostolica
monasterium subiectum sit, ad
hunc, non ad Generalem, aut Pro-
vinciale, spectare huiusmodi
licentiæ concessionem. vnde &
ficti alijs Superiores regulares, &
Episcopi, vt alijs, ita & fibi ipsis,
cum causa exigit, nec aliter sine
poenarum periculo, Tamburin. d. q.
9. cam dare possunt, ita & hic con-
fessor generalis.

N RE-